

Traditiones Wizenburgenses (Ed. Glöckner) Nr. 150

Venerabili in Christo patre Ratfrido abbati, Sueidmundus et Hildigernus germani. Omnibus non habetur incognitum, qualiter tu cum genitore nostro Gundione quondam in villa Gerlaigo in pago Alisacinse mansum ad commanendum cum campis pratis pascuis silvis aquis aquarumve decursibus ad ipso manso aspiciente ad integrum. Unde accepit a te precium monasterii Wizenburg in argento libras III, sed intercedente morte ipsius genitoris nostri vendicionem tibi ex hoc minime fecit. Propterea nobis conplacuit animus, ut tibi exinde vendicionem conscribere rogassemus, quod ita et fecimus, ut ab hac di, habendi tenendi vendendi commodandi tuisque successoribus ad possidendum relinquendi vel quicquid exinde eligeris faciendi liberam et firmissimam in omnibus habeas potestatem. Si quis vero, et cetera, et hec presens vendicio omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulacione subnixta. Actum publice in monasterio Wizenburg, sub die III kalendas iulias, anno secundo regni domni nostri Dagoberti. Testes: Sueidmunt. Hildigern. Ruadolt. Heigo. Heitone. Otram. Offuni. Ego Theotharius scripsi.